

## PRAEFATIO.

praecipuum omnium officiorum et perfectorum  
et imperfectorum constituit officium, postulat.  
At propterea quaelibet haec officiorum separata  
genera, separatis tractari poterunt disciplinis,  
ut eo commodius non tantum distinguantur,  
verum sicut ad diuersos tendunt singulae  
doctrinae morales fines, distinctius etiam applicentur.  
Haec me excusabunt ab eorum criminacionibus,  
qui omnium disciplinarum moralium confusum  
systema expectabant, qui contra nihil inueniunt,  
nisi quod cum strictissima iustitia tantum  
conspirat, et quod cum vera iusti iniustique  
notione conuenit. Ordinem, quem seruavi,  
ita constitui, ut quasi elementa contineat  
methodi, qua Institutiones Iustinianae  
compilatae, quantum scilicet doctrina  
patiebatur. Sicuti enim Ius, quod discimus,  
ciuile collectum est ex praeceptis naturalibus,  
gentium atque ciuilibus, ut testatur Imperator  
IVSTINIANVS, ita hae ipsae leges natura-  
les